Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



idolatriam. adulterium. masculorum concubitum. ceteraq; flagitia gesserit non
habet hereditatem in regno xpi et di. His u criminibus abdicatis potest ablui
scificari iustificari in nomine dni nri ihu xpi et in spu di nri. ita inquiunt et iam
cor in penitens quamdiu habuerit non potest habere ueniam. mox u ut penituerit
consequitur et ueniam. nulloq; discrimine in penitentia ceteris obligatior aut
in remissibilior inuenitur esse peccatis que in similitudinem ~~diaboli~~ scelerum
ceterorum usq; ad penitentiam manens mox acta penitentia delebitur. sola autem
plasphemia in spm scm qua quisq; in similitudinem diaboli et angelorum eius contra
conscientiam suam maiestatem diuinitatis obpugnare non trepidat non habet re
missionem in eternum. sed reus erit eterni delicti. sicut euglista marcus euidenter
exponit. qui posito hoc dni testimonio. subiunxit atq; ait. quo dicebant spm
in mundum habet. Nam neq; hi qui spm scm non esse. neq; qui hunc esse quidem s; dm
non esse. neq; qui hunc dm quidem esse sed patre filioq; minorem credunt et confitentur.
quia non inuidentia diabolica sed humana ignorantia ducti faciunt hoc in
remissibilis blasphemie crimine tenentur. quam proprie principes iudeorum et quiq; si
milis in iudicie peste corrupti maiestatem plasphemant sine fine peribunt. Lege
beati augustini librum primum de sermone dni in monte.

Cum autem inducent uos in sinagogas et ad magistratus et potestates. Supra enim
dixerat mittam ad illos prophas et aplos. et ex illis occident et persequentur.
Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spc enim
scs docebit uos in ipsa hora que oporteat dicere. Cum ergo propter xpm ducimur ad
iudices uoluntatem tantum nram pro xpo debemus offerre. certum ipse xpc qui
in nobis habitat loquitur. pro se et spc sci in respondendo gratia ministrabitur. lii.
Ait autem quidam ei de turba. Magister dic fri meo. ut diuidat mecum hereditatem.
At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos. Merito
refutatur hic fr qui magistro superne pacis unitatisq; gaudia commendanti ter
rene diuisionis uult ingerere molestiam. merito hominis uocabulo notatur.
Cum enim sit inter uos inquit zelus et contentio nonne carnales estis. et secundum hominem
ambulatis. negatq; se dns hominum esse diuisorem. ad quos et secum et cum anglis
pacificandos uenerat. Non enim est ds dissensionis sed pacis. et multitudinis
credentium erat cor et anima una nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum
esse dicebat. s; erant illis omnia communia. Solus autem fraternitatis diuisor. et auc
tor dissipationis est ille de quo supra dr. et qui non colligit mecum dispergit. et de membris
illius eius de quo dr. omne regnum in se ipso diuisum desolabitur et domus supra
domum cadet. Dixitq; ad illos. Uidete et cauete ab omni auaricia. quia non in
abundantia cuiusquam uita eius est. ex his que possidet. Sicut supra dns aduersum
blasphemos et hypocritas multa dixerat. sic et hinc ex occasione huius stulti
petitoris aduersus auaricie pestem quam pleriq; mortalium satis superq; laborant.